



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Regia Via Crvcis**

**Haeften, Benedictus van**

**Antverpiaë, 1635**

Argvmentvm Libri Primi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

ARGUMENTVM  
LIBRI PRIMI.

Vitam quæ faciat beatiorem,  
Sophis questio ventilata priscis:  
Hic enim titulos, honoris vmbrae,  
Ille diuitias pecuniasque,  
Iste delicias, iocosque salsos,  
Et quid non? animi beatitatem  
Dixit, ut sua cuique suggererat  
Seductrix facilis libide mentis.  
Erratis sed enim perita turba,  
Erratis male, quotquot estis, omnes,  
Et tu, qui hendecasyllabis notasti  
Vitam quæ faciant beatiorem,  
Fecundissime Martialis, erras.  
Non tu, non alij, expedire nobis  
Hanc vnam potuere veritatem.  
Una sed pote veritas IESVS,  
Doctor optimus, optimusque Ductor,  
CAP. I. Et VITAE VIA vera sempiternæ.  
Hunc ergo, hunc adæamus, hunc sequamur,  
Hunc quotquot sumus audiamus vnum.  
Vitam



Vitam quæ faciat beatiorem  
 CHRISTO Iudice, Christiane, CRUX est: II.  
 Dura CRUX, gravis, aspera, & molesta, III.  
 Tristis, difficilis, labore plena;  
 Certa sed ratione lege certa, VII.  
 Certo pondere, lancibusque certis  
 Omnium moduloque, viribusque  
 Summo à Numine temperata amore.

Quid CRUCEM refugis superbe vilem? X.  
 Duram quæ refugis voluptuose? IX.  
 Frustrâ, ne dubitetis, estis ambo.  
 Non patet fuga, nec tibi, nec illi.  
 Iter nam CRUCIS omnibus ferendum, VI.  
 Ponderus est CRUCIS omnibus ferendum.  
 Nec CRUCIS fuit ipse CHRISTVS IV.  
 expers,

CHRISTI nec Genitrix, nec hi, superna V.  
 Quos nunc indigetes recepit Aula.  
 Ergo quâ ratione, quove iure  
 Vobis eximius licebit esse?  
 Omni, credite, destinata ab ævo  
 Cunctis stat sua CRUX, manetq; cunctos;  
 Nec quisquam potis est, licet repugnet,  
 Declinare Iugum fugisne CHRISTI?

Te



- XI. XII. Te CHRISTI, CRUCIS, & salutis hosti  
 XIII. Confestim grauiore degrauiabit.  
 XIX. An lubet magis abnegare temet,  
 Et pedes Domini sequi libenter?  
 Iam iugum CRUCIS esse denegabis  
 Asperum, graue, triste, permolestum:  
 XV. Nam CHRISTO duce, gratiâ iuuante,  
 Senties leue pondus & suauē;  
 Mortem quod faciat quietiorem,  
 Vitam quod tribuat beatiorem.

